

Beiheft

2

S 115

1278 Mai 2 Kappenberg.

[49]
115

Hartlev, Propst von Kappenberg, befundet die Übertragung des Erbes Honhus an das Stift Barlar durch Bischof Everhard von Münster.

Hartlevus, Dei patientia praepositus Capenbergensis, universis visuris praesentia salutem in eo, qui est salus omnium. Universitatem vestram praesentibus volumus non latere, quod venerabilis dominus noster Everhardus, episcopus Monasteriensis, resignavit in manus nostras, Rodolphi prioris et Conradi cellararii nostri ad petitionem Ludolphi militis de Wernen proprietatem domus in Honhus utilitati et usui ecclesiae Varlarensi perpetuo profuturam, sicut in privilegio praedicti domini nostri Everhardi, episcopi Monasteriensis, super hoc confecto plenius continetur. Cuius rei testes sunt Conradus Strick, Henricus Kerscekorff, Henricus de Ovte¹⁾, Wilhelmus de Menghede milites; Hermannus de Boslare, Cesarius et Henricus frater suus de Scadelich, Lodewicus de Olperhem et alii quam plures. Actum Capenbergh²⁾ anno Domini M⁰CC⁰LXX⁰ octavo, in crastino Philippi et Jacobi apostolorum.

Kopie im Barlarer Kopiar S. 215/216.